



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Crispinivm, Inter Valentianas & Gislénopolim, Hannoniae opida.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

factum est, vt Guilielmus Bauarus, Hannoni<sup>us</sup> Comes, instanter peteret, vt sedem ibi fixam ac perpetuam vellent figere. Quod & fecerunt, Martino V. Papa consentiente & approbante. eodem ipso tempore ex Laubiensi Canonico-  
 basilica, sanctorum Vrsuari, Ermini, Theodulphi, Vulgisi, Amoluini, Abelis, Episcoporum & Abbatum Laubiensium, Hildulphi Ducis, & Amelbergæ viduæ corpora Binchium sunt translata, quæ diuersis octo feretris argenteis inclusa decenti cum veneratione nõ semel coràm spectauimus. De his manuscriptum Fulcuini Chronicon Laubiense, & Molani Natales Sanctorum Belgij consule.

## CRISPINIUM,

Inter Valentianas & Gislenopolim, Hannoniæ opida.

**B**Eatus Landelinus ex prædone ad Christum à S. Auberto Cameracensi Episcopo conuersus cum Laubiense cœnobium à se constructum, beato Vrsuario regendum commisisset, vt paullo ante diximus, ad locum siluis horridum, quem Crispinium nuncupant, sese subduxit, ibique alterum extruxit monasterium. De quo sic breuiter Chronographus Cameracensis: In vico Crispino est monasterium Canonico-  
 rum, vbi sanctus vir Dei Landelinus, pro frequentia fratrum, relicto Laubiensi cœnobio, commendato viro Dei Vrsuario regimine, suisque ritè ordinatis rebus, secessit, vitæque

S. Landelinus  
 quiescit  
 Crispinij.

niti-

nitidioris perfectione exactâ migravit ad Christum, atque in pace sepultus multis virtutibus coruscavit.

*Ex quibus verbis patet olim Canonorum regulariter viuentium hoc in loco fuisse conuentū.*

**D**E Crispinij origine ac nomine Philippus ab Eleemosyna, Abbas cœnobij Bona Spei, \* in historia vitæ S. Landelini, ista scitu in primis digna commemorat:

Landelinus comitibus Adeleno & Domitiano supra fluuium Hon veniens, illic voluit residere, vbi silua, quæ Amblifis dicta est, eidem fluuiio videtur adiacere. Quem locum ei commendabilem non fertilis camporum planities, non vinearum florida fecit pulchritudo, sed siluarum profunda opacitas, & horrore dedita solitudo.

*Et infra:* Verum ad vsus fratrum etsi gauisus est aquam fluuij non deesse, tamen loco illi nouit & doluit fontem viuendum non adesse: sciens quia etsi aqua fluminis necessitati succurrere non negatur, tamen

Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ, sicut ab Ethnicis prædicatur. Currens igitur ad solitum orationis præsidium, & humili fiducia præmunitus, intellecto quod à Deo esset adfectus eius deuotionis exauditus, solo ictubaculi terræ superficiem interrupit, & redignâ miraculo, viuus subito fons erupit. Cuius aquas perspicuas vir sanctus considerans ab imo abundantius edullire, crispantem superficiem vndis tremulis sca-

\* Extat in  
S. Crispinij, & in  
nostra bibliotheca.